

MASDEVALLIA PUMILA. CVIII. C.

M. foliis spatulato linearibns, obtusis, in petiolum brevissimum attenuatis, pedunculos laxos duplo superantibus; floribus erectis; perianthii campanulati lacinis longis a basi sensim angustatis; sepalis interioribus falcatis, obtusis; labelli unguiculati lamina ovata, profunde cordata.

Crescit cum praecedentibus Novembre florens.

DESCRIPTIO. Herba pumila, pollicibus tribus raro altior. Radices panicæ, simplices, albidae, tenues, pollicares. Rhizoma nullum. Petioli superstites trigoni, obtusi, atri, laevissimi, tres ad quatuor lineas longi. **Folia** cum petiolo articulata, erecta vel patula, linearia, e basi angustissima sensim dilatata, subspatulata, apice obtuso integerrima, uninervia, coriacea, laete viridia, nitida, pollices duos ad tres longa, totidem lineas lata. Pedunculi plures foliis duplo breviores, patuli, teretes. Flores erecti, parvi, pollice vix longiores. Ovarium obverse conicum, spiraliter tortum, glabrum, cum pedunculo continuum, lineas duas longum. Perianthium totum niveum, pellucidum, tenerrimum, campanulatum, minus profunde trisfidum, incisuris aequalibus, laciinis aequalibus, sensim in laciunias filiformes sursum flexos attenuatis. Sepala anteriora falcata, obtusa, basi nuda, apice obtuso integerrima, trinervia. Labellum ungue linearis cum basi columnae articulatum, eidem incumbens, intus concavum, lamina ovato oblonga, apice rotundata, profunde cordata, lobis basilaribus linearibus obtusis, multinervi. Columna reflexa, semiteres.

Explicatio tabulae CVIII. C. MASDEVALLIA PUMILA. — Fig. a. b. c.

- a) Flos integer.
- b) Idem perianthio exteriore avulso sextuplo auctus.
- c) Labellum item.